



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Memoria Sanctorum. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



PARADISUS,

Gloriosa memoria Sanctorum.

LVI.

*Gloriosa memoria Sanctorum, in operibus
in vita peractis.*

Quilibet Beatorum videt in Divina Essentia vitam suam seriem cum omnibus operibus suis memoriam. Quia sicuti annalibus presentis vite ergo ac illustria hominum mundanorum inscribuntur ita ad perpetuam Sanctorum gloriam & consuetudinem in annalibus eternitatis & libro vite, puta, in Divina Essentia cunctae annotantur actiones illius operationesque heroicae vitae aeternae dignae, quas habuerunt cum viverent in terris, operati sunt. Tunc verificatur illud Christi dictum: *Capillus de capite vestri non peribit*, nimirum: nullum opus bonum, etiam minutum a Beatis patratum in futura vita tradetur oblatum in conspectu Dei.

LVII.

*Gloriosa memoria Sanctorum, in eorum
Passionibus & Martyriis.*

Sancti vident quoque in verbo rotundum, quod pro Christo perpessi fuere: cuncta tormenta, penas, probris, modum mortis, & instrumenta passionum suarum. *S. Bern. de eorumque incuita incredibili adimplentur voluntate & gaudio. Si in hac vita sancti Martyres terrarum...*

vident, & feriuntur & gaudent, occiduntur & trium- *S. Thom.*
phunt: quid non facient in futura vita? Si aded gaudent
tempore belli, quid fiet tempore victoria? Denique
gaudebunt per totam æternitatem *se in obsequium Christi S. Aug.*
occises esse & pro defensione Fidei. *S. Bern.*

LVIII.

*Gloriosa memoria Sanctorum, in penitentiis
& aspera vita Confessorum.*

In eodem libro Divinæ Essentiæ legunt omnes mor-
tificationes pro Christo perpassas, cunctosque fructus
in arbore Crucis collectos: ut sunt disciplina, je-
juna, cilicia, orationes, cunctique actus virtuosi
humilitatis, patientiæ, charitatis, aliarumque vir-
tutum. Non videntur in Divino illo libro consolatio-
nes & pompæ mundanæ, aded in hac vita desideratæ;
hæ namque remanent in terra, non ascendent, neque
attingent cælum. Quapropter, anima mea, la-
bora æternitati, ea satage acquirere & perficere
opera, quæ non transeunt cum tempore; sed ad
nam gloriam & consolationem durant per totam
æternitatem.

LIX.

*Gloriosa memoria Sanctorum, in periculis
vitæ huius præteritis.*

Sancti gaudebunt quoque videndo, à quot quantis-
que peccatorum occasionibus liberavit eos Dominus,
à quantis Mundi fraudibus & dolis, à quot quantisque
suggestionibus Diaboli, à quot quantisque carnis alio-
rumque inimicorum illecebris. Præferim verò gau-
debunt se evasisse victores virtutis Sanguine Christi
acquistæ: siquidem totum victoriæ suæ meritum
attribuent meritis Passionis Mortisque Salvatoris.

Apoç.

Unde non cessabunt alta voce cantare: *Domini est salus à Deo salus: tota Salus nostra, omne nostrum bonum, cunctæque nostræ victoriæ sunt & proveniunt à Deo, cui gloria in sæcula sæculorum.*

LX.

*Gloriosa memoria Sanctorum, in patrocinio
præcelsæ Matris Dei.*

Vident Sancti in cælo eadem visione beata dispositionem Divinæ Providentiæ, quod, nimirum, sanctissima Virgine Deipara mediante & suffragante Deum complacuerit exequi salutis nostræ negotium, & potentissimam hanc totius Universi Reginam & Imperatricem nobis designavit in Dominam, Advocatam & Matrem nostram; ac perpetuo exultant gaudio & jubilo videntes effectum potentissimi hujus patrocinij: quia per Mariam, & in illa salvi sunt & beati in æternum, & perpetuas Alibi mo referunt gratias, qui omnia nos habere voluit per Mariam.

S. Bern.



PARADISUS,

Suspirium animæ.

LXI.

*Suspirium animæ ab exilio terræ huius ad
Patriam cælestem.*

S. Aug. apud Blos.

Quid facimus? Eja suspiremus, exhortatur nos S. Augustinus, & de suspirio gemamus, suspirium cælestem.